Amedistas hereticos et scismaticos iuxta formam iuramenti persequatur. Hoc est enim officium 'piissimorum rectorum', ut notabilissime concludit hoc casu Augustinus 23. q. 5. 'Si vos'[62]; 'nec potestis deo maius sacrificium offerre', ut ibidem in c. 'Quali nos' circa finem.[63]

Textus autem concilii Cartaginensis superius allegati 24. q. 3. 'Clericus' sic habet:[64] 'Clericus hereticorum aut scismaticorum tam convivia quam sodalitates evitet equaliter. Eorum conventicula non ecclesia, sed concionabula sunt appellanda. Cum eis neque orandum est neque psallendum.'

Idem et melius in c. sequenti dicitur.

Textus vero in c. 'Scisma' xxiiii q. 1. superius allegatus sic habet in fine:[65] 'Ad summam, aut illos ecclesiam creditis et, cum due ecclesie esse non possint[66], nos, quod absit, scismaticos iudicabitis aut, si veram in apostolicis sedibus esse constat ecclesiam, et illos ab unitate divisos cognoscite et communionis questionem esse sublatam, quam veram nisi in unitate constat esse non posse. Noli ergo, quasi nulla scismaticorum atque ecclesie differencia sit, velle indifferenter utrorumque sacrificiis sociari. Non est Christi corpus, quod scismaticus conficit, si veritate duce dirigimur. Nec divisum esse Christum poterit quisquam sine apostoli reprobacione confingere. Unam, ut sepe dictum est, que Christi corpus est, esse constat ecclesiam, que in duo vel in plura dividi non potest. Simul enim cum ab ea quisque discesserit, ecclesia esse desistit.' Iste textus sicud et alii infiniti probat scismaticos esse, qui se dividunt ab ecclesia, que est in apostolica sede[67], et quod cum illis nec in divinis nec extra communicandum est, quasi non sit differencia etc.

---

147 persequatur *verbessert aus* prosequatur *T* prosequatur *W*   147–150 Hoc — finem *von NvK eigenhändig ergänzt T*   148 concludit hoc casu: in hoc casu concludit *WS*   sanctus Augustinus *WS*   149 deo maius sacrificium offerre potestis *WS*   ibidem in c.: eadem causa et questione concludit textus *WS*   nos: vos *T(!) WS*   153 concionabula: concinabula *T* conciliabula *im zitierten Text*   155 Idem — dicitur *von NvK eigenhändig in der Zeile ergänzt T Alinea WS*   156 xxiiii: 24. *WS*   157 ecclesiam: ecclesiam esse *im zitierten Text*   164 duo: duobus *TW verbessert aus* duobus *S*   165 ecclesia: in ecclesia *WS*   165–167 Iste — etc. *von NvK eigenhändig ergänzt.*

---

[62] *c. 35 C. XXIII q. 5.*
[63] *c. 44 C. XXIII q. 5.*
[64] *c. 35 C. XXIV q. 3.*
[65] *c. 34 C. XXIV q. 1.*
[66] *S. u.* Nr. 527 *Z. 22.*
[67] *Ebenso* Nr. 468 *Z. 91–93;* Nr. 481 *Z. 176–178;* Nr. 526 *Z. 129–137;* Nr. 599 *Z. 296f.*

⟨1441 Februar oder kurz danach, Mainz.⟩ **Nr. 470**

Heinrich Kalteisen verarbeitet in seinem Consilium *Darlegungen des NvK aus* Nr. 469.

S. o. Nr. 469 *Anm. 4 und 52. — Die wechselseitige Beeinflussung der beiden Gelehrten ist mit den Hinweisen zu* Nr. 468–470 *natürlich nur angedeutet und bedarf über den ersten Ansatz bei Krämer, Relevanz, hinaus noch weiterer Untersuchung. Vgl. insbesondere die in der Vorbemerkung zu* Nr. 468 *mitgeteilte Äußerung des Johann von Segovia über das Lehrer-Schüler-Verhältnis zwischen NvK und Kalteisen.*